



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

56. Exemptus, an procedere possit adversus exemptos alterius conjugem
retinentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

tacitè subintellexisse censeretur, quatenus translato placuerit. Papæ quippe intentione ut translatu placeat, eique haud ita citò præjudiceret. Monach. c. generali n. 16. de cibis. & Jo. And. c. Quod ob gratiam n. 5. sublate, & Fran. n. 3. Farin. d. Dec. 475. n. 21 p. 1.

QVÆSTIO LIV.

Ordinum equestrium parochi, an teneantur Episcopo ad quartam Canonicam?

DE hac quarta Canonica scripsi alii in locis, quibus breviter addo, Episcopo habere juris adistentiam percipiendi quartam Canonicam: ex parochianam contra equites Hierosolimitanos. c. 1. de Capell. Monach. c. conquerente desf. m. Rota apud Cantuucrum dec. 31. nn. 5. sub late p. 2. Hof. c. de decimis cum contingu. n. 30. nam secundum & in d. c. Conquerente n. 15. Farin. Dec. 477. p. 1. Idque non obstante exemptionis privilegio, quod si requirat altiorem indaginem, manuentem pro posse fessorio impedit non potest. Far. d. Dec. 477. & fuse. Dec. 491. per rot. p. 1. quoniam in aliis Religiosis Parochias habentibus, sunt enim milites hi Hierosolymitanae Religiosi viri, qui ad aliorum Religiosorum instat censeretur. Farin. Dec. 487. n. 8. 3. iiii. p. 1. id quod etiam alii in locis probavimus.

QVÆSTIO LV.

NExemptus à Jurisdictione, an etiam Exemptus à dominio censematur? Eutiquam: quia sicuti Dominium & Jurisdictionem temporalis nihil habet commune cum territorio & Jurisdictione spirituali. c. 1. de Rel. dom. glo. cap. 1. rot. divis. d. 10. glo. Clem. ne Romani §. Jane verb. Diucessanti de elect. Hof. cap. super cons. de Parochiis & iure. Quarimonia n. 2. de Jure Patr. Fel. c. cum causam n. 12. ver. 1. sua de probat. Guiliel. de Monte Landano Clem. Pastoralism. 21. de re Jud. Farin. dec. 324. n. 10 part. 1. & ex probatione Jurisdictionis, illatio fieri non potest ad probationem pollicionis & dominii terrarum. Gabr. com. Concl. iit. de praesump. Concl. 9. nn. 9. Cravat Conf. 54. nn. 9. Afflict. Dec. 267. n. 4. Curi. Junior. Conf. 158. nn. 25. lib. 2. Farinas. Dec. 14 nn. 9. pari. 1. ita neque ab Exemptione à Jurisdictione illatio apta fieri potest ad exemptionem à dominio: quia juxta vulgata Theoriam, à separatis apta illatio ad invicem fieri non potest. Praeses in locis legalibus loco à separatio, spiritualiaque cum temporalibus commisceri non debent. cap. ad qu. de Rer. vermar. Lapis alleg. 129. nn. 20. ut sunt causæ Ecclesiastice, quæ omnes spirituales dicentur. glo. c. 1. verb. apponatur de Ref. spol. in 6. Sap. alleg. 70. n. 5. de procurat. differuntque à causis civilibus sive temporalibus, quantum anima est corpore pretiosior. Lapis d. alleg. 70. nn. 8. qua de etiam breviter superiori qu. 46.

QVÆSTIO LVI.

Episcopusan procedere possit adversus Exemptos alterius conjugem retinentes?

Poffe.

P Ollæ censuit Salcedo in add.ad practicam Bernardi Dias c. 3. litera A. S. punire, & post eum vir è Societate Iesu doctrinæ eximia Thomas Sanchez de Matrim. lib. 7. dist. 33. n. 21. cum quod non agatur de Privilégio Exemptionis, sed de Matrimonii iustificatione, quod ad ordinarii officium spectat. e. 1. de Cor. ver. Cuiusq. Tum quod ordinatio omnino Jusdictio competat adversus extraneos, & exemptionis Jurisdictionem suam impedit. Innoc. c. dilecti in fin. de punit. Steph. Anfri. de Potestate Seculari super Ecclesiæ n. 23. Roias al. de Haretis p. t. n. 155. & seqq. idque Roias loco jam laudato saepè præxim deduxisse refert, cum vicarius munere fungetur adversus quosdam Canonicos Exemptos, ac ordinis divi Bernardi Monachos, qui quoque exemptioni sunt, concessa enim Jurisdictione, omnia eo concessa censentur, sine quibus Jusdictio commode exerciti non potest. s. 2. ff. de Jusdict. omn. And.

QVÆSTIO LVII.

An in casu præcedentis quæstionis possit aduersus Exemptos procedere per Censuras.

Videatur posse: quia qui Jurisdictionem haberet, excommunicandi etiam potestatem habens, ut Salcedo in præcedenti quæstione laudatus resolvit, alioquin enim si excommunicare, suspendere, interdicere non posset, Ecclesie armis deft. curus Jurisdictionem quam habet, exercere non potest. h. 2. ff. de Jusdictione om. Ind. c. Pastorales c. Præterea, de officiis leg. Cum & jure dispositum videamus habentem nudam ministrium, posse in impedientes Ministerii sui exequitionem censuris ferire, ne alioquin ei inutilis sit e. usmodi commissio. glo. c. super q. verb executorum & c. ex literis verb. se subdelegatus & c. fin. verb. commissum de offi. del. D.D. in c. 1. de Privil. m. 6. Quod restringe, nisi tales sint Exempti, qui privilegio speciali excommunicari, suspendi, interdicere non possint, ut inter multis habet Societas Iesu, & mendicantium Ordines: quam restrictionem sublimito, nisi ejusmodi privilegii derogetur per Concessio- nem ut per ejusmodi Censuras procedere possint, veluti latius variis in casibus no- villimi Juris Conc. Trident. ostendit Thomas Sanchez de Matrimonio li. 7. dist. 33. num. 23. Gambara de officiis leg. li. 8. c. ultimo n. 77. Enriques de Indulgentiis lib. 7. c. 25. n. 7.

Porò in casibus quibus Episcopus non poterit procedere per censuras aduersus exemptos, ita privilegiatos, licebit ei procedere per eorum depositionem aut in actius Monasterium collocationem, alisque personis Canonicis. Sanchez. d. dist. 33. num. 23. quod notandum esse, ad intelligentiam Conc. Trident. refert Thomas Sanchez d. n. 23. Quippe quod Conc. Trident. multis in casibus concedat Episcopis potestatem procedendi per Censuras aduersus specialiter à censuris exemptos, multo etiam in casibus simpliciter subiicit exemptos Episcopis, v. g. quo ad publicas processiones, quo ad componendas controversias præcedentiarum, & similes, in quibus non adiicitur facultas procedendi per Censuras, proinde iis in casibus pote-